

patiatur. In quo namque corde abest caritas, inuidia  
 lior facile reperitur. Hæc etenim est anti quæ pectis,  
 hic est detestabilis morbus, qui ab ipso diabolo traxit  
 originem, per quem etiam in hoc exilium ærannis  
 plenum mors introiuit. Mox quippe ut ipse antiquus  
 hostis ruit, inuidere cœpit homini stanti, nec passus  
 est eundem ascendere, vnde ipse peccando expulsus  
 fuit, neque sustinuit, vt gratia quam ipse amiserat, in  
 humanum diffunderetur genus. Hæc de causa primo  
 inuidens homini, & suarum successorem sedium vi-  
 dere non patiens, callida machinatus est arte, vt  
 ipsum tanto priuaret bono. Nec à suo letali, quod  
 meditatus est, fraudatus est desiderio. Nam fraudu-  
 lenter, & versute suadens falsum pro verò, hamumq;  
 sub elca tegens, captiuum sibi fecit hominem, quem  
 suæ gloriæ futurum non ignorabat possessorem. Hæc  
 autem ob tenta victoria in malitia aduersarius robo-  
 ratus, hoc triumpho in superbiã euectus, omni adæ  
 posteritati, cunctisq; mortali bus factus est inimicus.  
 Singulas enim generationes infecutus est, nec fuit ali-  
 quando qui illius tyramidem posset euadere, nullumq;  
 que suarum tentationum permisit esse exortem. In om-  
 nibus pariter propria intoruit malitiæ iacula, quã-  
 rum desuper permixtus est. Ipsum quoque Dei Filium  
 Dominum Iesum suis suasionibus aggredieritus non  
 est, quem quum insuperabilem peruenisset, ad extin-  
 guendum nominis eius cultores tota se armavit con-  
 stantia. Quum enim disponeret omnes in Christum  
 credentes abolere, principum orbis aduersus fideles  
 cœcitauit animos, ipso nihilominus intrinsecus perse-  
 30 sequente. Hinc martyrum persecutiones, carceres, vin-  
 cula, flagella, tormentorum horrenda genera, & mor-  
 tis violenta crudelitas effluerunt. Ab eo diuersarum  
 hæresum perniciofa & caeca intelligentia, errorum  
 venena innumera, opinio numq; contentiosa loqua-  
 citas, ac schismatum elata cupiditas hausert vires.  
 Ab ipso spiritualia certamina, infestationes, tenta-  
 tiones, & deceptiones multa producta sunt. Sed me-  
 ditata de fidelium perditione diaboli malignitas cõ-  
 sula est à Dei verbo humana carne vestito. Dei nanq;  
 sapientia mira arte egit, vt debellaret superbũ. Prius  
 quippe per se ipsam eundem prostravit antiquũ hos-  
 tem in deserto, in ciuitate sancta, in monte excelso,  
 in variis persecutionum & tentationũ generibus, in  
 passione, in morte. In cunctis enim insultibus sem-  
 per gloriosissime triumphauit. Parum verò fuisset, si  
 sapientia malitiam, si creator superasset creaturam.  
 Vbiuit insuper per fideles suos tunica mortalitatis  
 circum amictos, in mundi spiritus cõtere re audacia,  
 suamque magnificare ecclesiam, atque vnum quenq;  
 40 credentem, & certantem iuxta pugna qualitatem fa-  
 cere gloriosum. Quis etenim explicare valet verbis  
 celsitudinem martyrum, in clytõque illorum trium-  
 phos, qui pro immaculata fidei confessione, & amo-  
 re vnicũ & veri Dei se flammis dederunt, cruciatibus,  
 & morti? Sanguine namque ipsorum roborata est ec-  
 clesia, conuersus mundus, fideles accenũ, fides aucta,  
 & decoratũ cœlum. Impellebat enim diabolus mini-  
 stras suos, terrarum principes, vt tormentorum atro-  
 citate tam strenuos prosterneret athletas & faceret  
 illos negare Christum, pro cuius confessione conspi-  
 ciebat eisdem cœlos ascendere. Sed nequaquam  
 prauuluit eius truculenta seueritas. Quo enim am-  
 plius sauebant persecutores, eo magis credentium

populus augebatur, fidei veritas propalabatur, & in-  
 uidorum malitia confundebatur. Triumphabat in  
 his omnibus Christus, & martyres coronabantur à  
 Christo. De falsis verò dogmatibus, & hereticorum  
 versutia quàm clarum veritatis emicuerit lumen, fa-  
 cile dignoscitur. Sanctis etenim patres superna sa-  
 pientia scientiam habentes, tanquam honoris Dei, &  
 salutis animarum zelatores veri, intuentes ex dolosa  
 hereticorum argumetatione simplicium mentes po-  
 50 pulorum in errorem trahi, disputationibus & scri-  
 ptis se illis opposuerunt, euidentissimis rationibus  
 eorum contutantes opiniones, detestandaque falsilo-  
 quia. Nec hoc solo contenti fuerunt. Nam pro futuro-  
 rum munimentolibros condiderunt innumeros, per  
 quos irradiata fundatur ecclesia miro sapientiæ ful-  
 gore, & ornata suauissimo eloquentiæ neccitate, ita vt  
 nullum erroris argumentum remansisset noscatur,  
 quod non factissime conuincatur. Summa verò & in-  
 scrutabili Dei providentia actum est, vt quem admo-  
 dum malitiæ inuentor diabolus catholicam fidem  
 suã voluit obtenebrare fallacia, ita Christus, qui est  
 Dei sapientia, per sanctos suos illam dilucidauerit  
 doctores, cõsque pro ipsorum remuneratione labo-  
 rum, veluti fulgentissimas stellas, in cœlestibus collo-  
 cauit sedibus regnatorum per æuum. Nil autem  
 profecisse se sciens, ad alia se conuertit nocendi inge-  
 nia. Nihil enim suorum malorum in martyres per gen-  
 tium reges, nihil per falsos cernens prauuluisse do-  
 ctõres, magnam se arbitratu est obtinere victoriam,  
 si per se ipsum aduersus homines iniret conflictum.  
 Ignorabat tamen ipse homicida malitia excæcatus,  
 quod non contra homines, sed contra Deum haberet  
 certamen. Memit itaque sicut in præactis insultibus  
 confusus fuit, ita & in tertio. Non enim est fortitudo,  
 neque consilium contra Dominum. Quem ipse sal-  
 60 uare decreuerit, nemo poterit superare, quem ipse  
 elegerit in se, nulla tribulatio, nulla hominum perse-  
 cutio, seu demonum fraus prosterne re poterit in fi-  
 nem: Sed quoniam quos prædestinauerit Deus, igno-  
 rat diabolus, cunctos suis non cessat sagittis appe-  
 re, vt per mentis consensum ad illecebras trahat pec-  
 cati. Propterea post varia errorum dogmata fide-  
 lium animos diuersis suggestionum modis, plurimũ  
 que tentationum generibus concussit, afflixit, & pe-  
 ne prostravit. Nam pacis tempore facile vincitur hos-  
 tis. Concupiscentias quippe carnis, & oculorum,  
 nec non & huius vite gloriæ concupiscentiam adeo  
 vehementer concitauit in hominibus, vt ferè omne  
 genus hominum in hac periclitaretur pugna. Vnde  
 aduersus huiusmodi demonum machinamenta deb-  
 ilitatas viri Dei suas sentientes innumerabilem, & ce-  
 litus de medio laqueorum innumerabilem, & ce-  
 nosi seculi fugere decreuerunt. Prudenter namque  
 cognouerunt, quia letale est, & demeritiæ signum co-  
 habitare cum latronibus, & homicidis. Hæc de causa  
 deserta, quæ solummodo feris syluestribus habita-  
 bilia erant, hominibus repleta fuge, & squalen-  
 tia loca, inuicique tanquam Dei ciuitas, & castra  
 Domini facta extiterunt. In quibus seruos innum-  
 65 metas congregaciones Dominum Iesum die no-  
 ctũque laudantium commorata sunt. Hoc denique  
 exem plo instituta sunt cenobia, & collegia Chri-  
 sto famulantia, quæ veluti fidelium tutissima &  
 munitissima castra orationibus, exhortationibus,  
 & ex